

una. §. 3. Una Arabica. §. 4. Græca cum Scaligeris & Vossio à nobis probata. §. 5. Homonymia. Dux meteorologica acceptiones rejectæ. Nostra declarata. Biblicæ Metaphoræ notatæ. Pontificia improbata. §. 6. Synonyma, unum Hebræum, Græcum, tria Latina explicata. Crepusculum eorum numero exemptum. §. 7. Epitheta tam Græca quàm Latina delibata. §. 8. Definitionis resolutio.

II.

Ἐπιπλεον.

- §. 1. Ἀέρις διοριζομένη est Aurora, de cujus origine primigenia adhuc οἱ ἐτυμολογοῦντες ἀμφοισβητῶσι. Quidam eorum pro merè Latina agnoscunt, & vel ab aureo colore uti Varro Lib. VI. de LL. quasi aurea hora; vel ab aura sive ventulo, qui matutino tempore spirat; vel ab auro & rosa, siquidem Græcis ῥοδοδάκτυλος dicta, apud Fungerum in Etymolog. p. 102. vel ab aura & rore, quasi aura rorans juxta Cornel. à Lapide Commentar. in Proverb. Salom. c. 4. n. 18. auroram deducunt. Nonnulli in Græcia natales ejus quæerunt. J. C. Scaliger Exercitat. LXXVIII. p. 293. sic de ea: Aurora est tota Græca vox, cujus postrema pars adhuc in usu est, Græcis ipsis ἄρα; prior enim nobis tantum Aurum: illis non nisi in composito ἠσαυρὸς. Et Exercitat. CCCXXV. n. XII. p. m. 1041. Aureus color à Græco vocabulo quod desitum est. Unde Aurora. Compositum remansit ἠσαυρὸς, quod & alibi dictum est. Et de Causis LL. Cap. XCI. p. 207. Metallo & praviæ diei parti fulgoris nomen inditum est, græcâ voce ἄρον. Prisca enim est quod testatur ἄρον scil. sequens manè, quod & Germani imitati sunt (Morgenröthe) & Hispani & Itali. Sequitur eum Filius in Conjectan. Quidam ex fontibus Orientalibus eam derivant. Ita Cornel. à Lapide Comment. in Proverb. Salom. c. 4. n. 18. Arabes Luciferum vocant Azohora à splendore & pulchritudine. Radix enim 𐤀𐤆𐤏 Hebraicè, Chaldaicè, & Arabicè significat splendere, effulgere, clarescere; Et forte ab Azohora Latini acceperunt nomen Aurora. Nos probamus Originem Græcâ ex Scaligeris ante allegatâ, reliqvas pro allusionibus potius & Analogicis quàm Etymologicis derivationib. habentes. Hora enim Græciâ tota sapit. Aurû verò à prisca Græcorû voce notâte fulgorè vel ἄρον vel ἄρα. Ab alterutra enim, inquit Vossius in Lexic. Etymol. p. 57. sub voce Aurum, est